



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

75. Fer. 6. Initia sint sine defectu ferrentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

cis praegone spei divinæ infallibili nixus, propter  
beatam resurrectionem, exemplo Christi  
quæcunque mala ventura non perpetiar? Pe-  
tam afflictiones malum necessarium alaci-  
ter superare.

MEDITATIO LXXV.

Feria 6. Dom. Quinquag.

*Initia sint sine defectu ferventia.*

**V**Idebo Dominum propiorem pugnæ ef-  
ficaci animosiorē, transeundo præ-  
dium, villam, hortum, ipsum denique mon-  
tem Oliveti superando. Petam lumen ad a-  
gnoscenda Domini mei ferventia initia, &  
gratiam ab iisdem incipiendi.

*Conf. 1. Quomodo omnes quatuor Evan-*  
*gelistæ ingressum Domini ad locum certami-*  
*nis describant: Mar: 14. est: Et veniunt in*  
*prædium. Matt 26. In villam, quæ dicitur Geth-*  
*semani, vallem olei, vel torcular olei, vel pe-*  
*cuaria butyri, ut ajunt interpretes. Joan. 18.*  
*Vbi erat hortus, in quem introivit ipse, & Disci-*  
*puli ejus. D. Chrysost. ait properasse ad lo-*  
*cum predicatori cognitum, ut auferret insidi-  
antibus laborem, & Discipulis ostenderet, se*  
*sponte ad mortem venire.*

*Conf. 2. Causam hujus fervoris: Quia ni-*  
*si ferveant initia, male incipiunt, & in pejus*  
*degenerant: Qualem enim quis viam lutu-*

F

lentam

122 Fer. 6. Dom. Quinquag.

lentam vel floridam iniverit, per talem de-  
curret. Si pestis in semine sit, perversum ei-  
germen. Testa siguli male initio cocta, fun-  
damentum in arena, infans deformiter ta-  
tus, affecta erunt omnia. Parvus initio emer-  
in magnum excrescit eundo, qualis fons,  
tales fluvij. *Quomodo* perfectionem  
se consecuturum speret, qui ab ea non in-  
cepit? Reflectam me ad hortum, in quo fuimus  
**Adam**, & hunc, in quem introivit **Iesus**, &  
quæram, cur ex simili loco tam dissimilis exi-  
tus? Adæ infamis, Christi viatoriosus? sol-  
vet mihi dubium D. Bern. loquens de Ade-  
lapsu: Ser. de S. And. *Non habuit fortitudi-  
nem, quia non habuit fervorem.* Petam fervo-  
rem, sine quo non habeo fortitudinem.

*Conf. 3.* Duo media ad fervorem auctore  
Christo dari: Alterum, bona consuetudo in  
omnibus ferventer operandi: alterum fre-  
quentatio SS. Luc. 22. ibat Dominus secun-  
dum consuetudinem in montem olivarum. Mai-  
26. est: *Oliveti*, id est, vallis pinguium; quia  
spirituali pastus cibo concendere debet  
monte virtutum, quibus ungatur & reficiatur.

MEDITATIO LXXVI.

Sabbato Dom. Quinquag.

*Septem dolores B. Virginis.*

**V**idebo B. Virginem luctu plenam, septem  
dolo-